



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pe pagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

Ij. Ad vermes oculorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

& guttur defricabitur, & vt imbibatur per pinnam, procurandum: deinde in sole collocandus , vt omneis humores , qui capiti & ventriculo insederunt, dissoluantur atq. purgentur. post horas quinque detur ipsi columba. hora nona ad aquam ducatur, vt & bibat, & lauet. nam ex medicamento siti flagrantem valde potio recreabit . postero die ad perdicum aucupium emittendus, vt plenius illorum esu confirmetur.

*Ad vermes oculorum.*

**O**CULIS accipitrum vermes ingenerari solent ex longo & copioso vſu carnium sordidarum & male olentium: ex his putrida materia in capite colligitur, ex qua oculi laborant defluxionibus , quæ à cerebro putridæ manantes gignunt vermes . hos sequitur oculorum prurigo , & sternutatio frequens. sanguis per nares crumpit . Hoc morbo affectum ita curari conuenit. Accipitrem trade alteri scitè manibus tenendum , tu verò illius leniter palpebris referatis , melle Attico imbuta molli spongia, latentes vermes depellito. sic enim excutiuntur ad mellis crassitudinem adhærescentes. Multi etiam aucupes

F ij

acu pertinui & acuta sigillatim vnum-  
quenque vermem detrahunt & sanant.

*Ad oculorum pituitam spumeam  
& glutinosam.*

**A**CCIPITRI, cuius ex oculis spumea quædam pituita erumpit, subrumum catulum concisum, adhuc calentem, per biduum, aut triduum edendum præbeto. Ac si glutinosa lacryma albuginem oculo offundit, pelle serpentis exusta oculus est illinendus, tum sale ammoniaco in sputo liquata inungendus : deinde accipitri cornix danda.

*Ut accipitri sanguis mittendus sit.*

**S**I vis accipitri sanguinem detrahere, in caueam includito, & cum utriusque pedis venæ eminent, ex cruribus plumas euellito, itaque sanguinem detrahito. Sin minus venæ apparent, primi digitii venam ferias. hoc facito, cum noxiis humoribus redundat, & in morbum cecidit.

*Ad accipitrem difficulter audientem.*

**P**IPERIS albi, & longi æquales portio-  
nes tunsas & cribratas cum carne da-